

temporibus, reverendo in Christo patri ac domino domino episcopo ecclesiae Mersburgensis humiliter supplicavimus, ut eandem auctoritate sua dignaretur confirmare et banni sui sententia roborare harum quibus nostrae praepositurae et conventus sigilla sunt appensa testimonio litterarum.

Et nos dei gratia episcopus ecclesiae Merseburgensis praefatam ordinationem ratificamus approbamus ac districte praecipiendo mandamus, ne quis dictam ordinationem violare aut infringere quovismodo praesumat aut contra eam veniat verbo opere ingenio vel cautela. Si quis autem eam infringere praesumpserit, a divinorum sollempniis eo ipso sit suspensus, donec ad cor rediens ipsam ordinationem studuerit humiliter observare et a nobis aut nostris successoribus absolutionis beneficium curaverit impetrare. In quorum omnium et singulorum testimonium et robur sufficiens auctenticum sigillum nostrum una cum sigillis praepositi et conventus praedictorum praesentibus est appensum. Datum et actum sub anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XC<sup>o</sup>. primo sabbato proximo ante dominicam qua cantatur Laetare Jerusalem.

Nach dem Orig. im Rathesarchiv zu Leipzig. An Pergamentstreifen hängen die Siegel des Probsts und des Capitels; das Siegel des Bischofs ist abhanden gekommen.

#### No. 165. 1391.

*Der Probst des Klosters zum h. Kreuz bei Meissen meldet dem Probst des Thomasklosters, dass der zwischen ihnen verabredete Kauf über das Dorf Sommerfeld gebilligt werde und dass die Handvesten über denselben demnächst ausgefertigt werden sollen. Vgl. Bd. IV. No. 445.*

Devotis orationibus praemissis universis. Honorande domine. Pateat vobis, me nuper causam inter vos et me versam scilicet de venditione villae coram dominis et dominabus meis finaliter determinasse, scilicet quod dominus episcopus una cum dominabus meis vobis et clastro vestro prae singulis favent et emptionem inter vos et me celebratam approbant ratam et munimentis sive litteris suis consuetis confirmabunt, quod plenius praesentis cartae ostensor honorabilitati vestrae enarrabit, cui sicut mihi ipsi credatis, et quidquid mei ex parte vobiscum tractaverit, promitto in hac littera vobis et vestris sine fraude et revocatione me funditus suppleturum.

Henricus de Tubinheim praepositus sanctimonialium sanctae Crucis  
prope Misnam.

Nach dem Registrum copiarum fol. 53 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

#### No. 166. 1391. 13. Apr.

*Aebtissin und Convent des Klosters zum h. Kreuz erklären ihre Genehmigung zu den Kaufverhandlungen zwischen ihrem Probst und dem Probst des Thomasklosters in Betreff des Dorfes Sommerfeld.*

Vnser inniges gebet yn gote zcuor. Lieber herre. Ewere erenwerdickeit thun wir wissen, wy ir mit vnserm probiste kowft habet ader kowft vmme vnser eygen dorf zcu Sommerfeldt, daß daß vnser vnd vnser ganczen sammenunge volge vnde guter wille is, vnd der herrn geheiß vnde vnsir frounde rat is. Dorvme wy ir mit ym endet, daß wellen wir stete vnd